maiora ſunt. Quoniam vt cauſſæ,& principia,etiam euenta,& vt euenta,etiã cauſſæ, & principia. Et quorum exuperantia magis eligenda,vel honeſtior, vt exquiſitè videre magis eligendum quàm odorari.etenim viſus,quàm odoratus.Et ſtudioſiorem ſodalium eſſe , quàm pecuniarum honeſtius eſt.Quare etiam ſtudium ſodalium , quàm pecuniarum. Et contrà meliorum exuperantiæ meliores , & honeſtiorum honeſtiores.Et quorum cupiditates honeſtiores, vel meliores. Maiores enim appetitiones maiorum ſunt.Et honeſtiorum,vel meliorum cupiditates meliores,& honeſtiores propter idem. Et quarũ ſcientiæ honeſtiores, vel probiores,etiam res honeſtiores ſunt,& probiores:vt enim ſcientia ſe habet, ita etiam id, quod verũ eſt. Præcipit autem , quod ſuum eſt,vnaquæque. Et probiorum , ac honeſtiorum ſcientiæ ex proportione eadem de cauſſa. Et quod iudicarent , vel iudicarunt prudentes,vel omnes, vel multi , vel plures, vel optimi, bonum, vel maius, neceſſe eſt ſic ſe habere,vel ſimpliciter,vel ſi ex prudentia iudicarunt. Eſt verò hoc commune etiam in aliis. Etenim quid,& quale,& quantum ſic ſe habet , vt ſcientia , & prudentia affirmauerit. Verùm de bonis diximus. Nam definitum eſt bonum , eſſe, quod quæ acceperint res prudentiam,eligerent ſingillatim. Manifeſtum igitur eſt, etiam maius eſſe , quod magis prudentia dicit.Et quod melioribus ineſt,vel ſimpliciter, vel quatenus meliores ſunt, vt fortitudo,quàm robur. Et quod eligeret melior , vel ſimpliciter , vel quatenus melior, vt iniuria affici magis, quàm iniuria afficere. Id enim iuſtior eligeret. Et iucundius , quàm minus iucundum. Voluptatem enim omnia ſequuntur,& propter ipſam,vt iucunditate perfundantur,appetunt. Definitum autem eſt his bonum, & finis.Iucundius verò eſt tum minus moleſtum,tum,diutius iucũdum. Et honeſtius, quàm minus honeſtum. Nam honeſtũ eſt aut iucundum , aut per ſe eligendum. Et quorum ipſi ipſis,aut amicis volunt cauſſa eſſe magis, ea maiora ſunt bona , quorum verò minimè volunt,maiora mala.Et diuturniora,quàm minus diuturna. Et firmiora,quàm minus firma. Superat enim vſus, illorum quidem tempore,horum verò voluntate.Nam quando volunt,adeſt magis vſus rei firmæ.Et vt ex coniugatis,& ſimilibus caſibus etiam alia cõſequuntur, vt ſi quod fortiter agitur,& honeſtius,& magis eligendum eſt , quàm quod temperanter.

A ἐπεὶ γὰρ, ὡς τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαί, καὶ τὰ ἀποβαίνοντα· καὶ ὡς τὰ ἀποβαίνοντα, καὶ τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαί. καὶ ὧν ἡ ὑπεροχὴ αἱρετωτέρα, ἢ καλλίων· οἷον, τὸ ἀκριβῶς ὁρᾶν, αἱρετώτερον τοῦ ὀσφραίνεσθαι· καὶ γὰρ ὄψις, ὀσφρήσεως· καὶ τὸ φιλεταῖρον εἶναι, τοῦ φιλοχρήματον, μᾶλλον κάλλιον· ὥστε καὶ φιλεταιρεία, φιλοχρηματίας. καὶ ἀντικειμένως δὲ, τῶν βελτιόνων αἱ ὑπερβολαί, βελτίους· καὶ καλλιόνων, καλλίους. B καὶ ὧν αἱ ἐπιθυμίαι καλλίους, ἢ βελτίους· αἱ γὰρ μείζους ὀρέξεις, μειζόνων εἰσί· καὶ τῶν καλλιόνων δὲ, ἢ καὶ βελτιόνων αἱ ἐπιθυμίαι, βελτίους καὶ καλλίους διὰ τὸ αὐτό. καὶ ὧν αἱ ἐπιστῆμαι καλλίους ἢ σπουδαιότεραι, καὶ τὰ πράγματα καλλίω καὶ σπουδαιότερα· ὡς γὰρ ἔχει ἡ ἐπιστήμη, καὶ τὸ ἀληθές. κελεύει δὲ τὸ αὐτῆς ἑκάστη. καὶ τῶν σπουδαιοτέρων δὲ καὶ καλλιόνων αἱ ἐπιστῆμαι, C ἀνάλογον διὰ ταῦτα. καὶ ὃ κρίναιεν ἂν ἢ κεκρίκασιν οἱ φρόνιμοι, ἢ πάντες, ἢ οἱ πολλοί, ἢ οἱ πλείους, ἢ οἱ κράτιστοι, ἀγαθὸν, ἢ μεῖζον, ἀνάγκη οὕτως ἔχειν, ἢ ἁπλῶς, ἢ εἰ κατὰ τὴν φρόνησιν ἔκριναν. ἔστι δὲ τοῦτο κοινὸν καὶ κατὰ τῶν ἄλλων. καὶ γὰρ τί, καὶ ποσὸν, καὶ ποιὸν, οὕτως ἔχει, ὡς ἂν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ φρόνησις εἴποι· ἀλλ' ἐπ' ἀγαθῶν εἰρήκαμεν· ὥρισται γὰρ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ D λαβόντα τὰ πράγματα φρόνησιν, ἕλοιτ' ἂν ἕκαστον. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ μεῖζον, ὃ μᾶλλον ἡ φρόνησις λέγει. καὶ τὸ τοῖς βελτίοσιν ὑπάρχον, ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίους· οἷον ἡ ἀνδρία, ἰσχύος. καὶ ὃ ἕλοιτ' ἂν ὁ βελτίων, ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίων· οἷον τὸ ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν· τοῦτο γὰρ ὁ δικαιότερος ἕλοιτ' ἄν. καὶ τὸ ἥδιον, τοῦ ἧττον ἡ- E δέος. τὴν γὰρ ἡδονὴν πάντα διώκει, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ ἥδεσθαι ὀρέγονται. ὥρισται δὲ τούτοις τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ τέλος. ἥδιον δὲ, τό, τε ἀλυπότερον, καὶ τὸ πολυχρονιώτερον ἡδύ. καὶ τὸ κάλλιον, τοῦ ἧττον καλοῦ· τὸ γὰρ καλόν ἐστιν, ἤτοι τὸ ἡδὺ, ἢ τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετόν· καὶ ὅσων αὐτοὶ αὑτοῖς ἢ φίλοις βούλονται αἴτιοι εἶναι μᾶλλον, ταῦτα μείζω ἀγαθά· ὅσων δὲ ἥκιστα, F μείζω κακά. καὶ τὰ πολυχρονιώτερα, τῶν ὀλιγοχρονιωτέρων. καὶ τὰ βεβαιότερα, τῶν μὴ βεβαιοτέρων· ὑπερέχει γὰρ ἡ χρῆσις, τῶν μὲν, τῷ χρόνῳ· τῶν δὲ, τῇ βουλήσει· ὅταν γὰρ βούλωνται, ὑπάρχει μᾶλλον ἡ τοῦ βεβαίου. καὶ ὡς ἂν ἐκ τῶν συστοίχων καὶ τῶν ὁμοίων πτώσεων, καὶ τἄλλα ἀκολουθεῖ· οἷον, εἰ τὸ ἀνδρείως κάλλιον καὶ αἱρετώτερον τοῦ σωφρόνως,

καὶ αἱ-